Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



secundum virtutem dei qui nos liberauit et vocauit vocatione sua sancta non secundum opera nostra sed secundum propositum suum et gratiam que data est nobis in xpo iesu ante tpa secularia. manifestata autem nunc per illuminationem saluatoris nri ihu xpi Qui destruxit quidem mortem. illuminauit autem vitam et incorruptionem per euangelium In quo positus sum ego predicator et apls: et magr gentium Ob quam causam hec patior sed non confundor Scio enim cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem Formam habe sanorum verborum quem a me audisti in fide et dilectione In xpo ihu dno nro Matheum.

In illo tp. Cum venisset ihs et discipli eius in capharnaum accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum et dixerunt ei Magr vr non soluit didragma Ait Etiam Et cum intrasset in domum preuenit eum ihs dicens Quid tibi videt symon: Reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum. a filiis suis an ab alienis: Et ille dixit ab alienis Et dixit illi ihs Ergo liberi sunt filij Vt autem non scandalizemus eos vade ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle et aperto ore eius inuenies statherem. illum sumens da eis pro me et pro te Sia vi.

Res. Pro Ad ephesios

Rogo quod sitis beneplacitum deo et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum magis autem redarguite Que enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est et dicere Omnia autem que arguuntur a lumine: manifestantur Omne enim quod manifestatur lumen est. Propter quod dicit Surge qui dormis: et exurge a mortuis et illuminabit te xps Maran

In illo tp. Conuenerunt ad ie sum pharisei et quidam de scribis venientes ab hierosolimis Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus id est non lotis manibus manducare panes: nam pauerunt pharisei enim et omnis iudei nisi crebro lauent manus non manducant tenentes traditionem seniorum. Et a foro cum venerint nisi baptizentur non comedunt Et alia multa que tradita sunt eis seruare et baptismata calicum et urceorum et eramentorum

et lectos Et